si breuiores que allegari in alia pte. Concor
dat Jmo. in. c. cū a nobis. de testi. et d. Abb. in
.c. ex litteris. s. e. i. lec. et vide oio Ange. in. d.
auē. nisi breuiores. qui in hac. q. seqt Bar. in
casibus leuib⁹. s. sec⁹ dicit in gūib⁹.

In ea. ibi ipsemet scribit quādo est notari⁹ et
an iudex qui est notari⁹ possit scribere acta.
Et de hoc vide nō. p Bar. et Bal. i. l. iudem⁹
s. sane. C. de sacro sanc. eccle.

Item adde hic qd nō. de. de ancha. in. c. si. de
re iudi. li. vi. vbi dicit qd his casibus qd pōt
ferri snia sine scriptis credit simplici iudicis
relatiōi de act. pcessus. et ad hoc allegat Bar
in. l. non tantū. ff. de appel. et de. q. hic posita
p do. Anto. vide p Bal. in auē. nisi breuiores
C. de sententijs ex piculo reci. vbi dicit de ptā
tibus castorum qui funguntur vice iudicis
et notarij.

In ea. ibi de informatione sup notorio et. in
tex debet saltim extraiudicialit se informare
sup notorio hoc est verū nisi notoriū dīgēt
corā iudice ipso sedente p tribunali. qd tunc
statim posset punire. vt dicit glo. singularis
in. s. qm aut. ij. q. i. Et adde qd qñ agit de ifor
matione notorij uel fame nō ē necessario ps
vocada fm do. Anto. in. c. in noie dñi cū si.
s. testi. q ad b allat Jmo. in. d. c. bone. de elec

Post ibi paulo q ipsemet scribat qñ est no-
tarius et. Adde hic Bal. in. l. platā circa si. C.
de sententijs. et interlo. oī. iudi. ubi dicit qd in
tex debet facere scribi dicta testiū. qd de dicti
testiū non stare dicto eius postea et dicto ta
bellionis. et de articulo hic tacto. f. an iudex q
est notarius possit scribere acta. vide p Bar.
et Jmo. in. l. ij. que incipit si seruus cois. ff. de
stip. seruo. p Bal. in. d. l. si consul. ff. de adopti.
Et p Jmo. in. l. cū a nobis. ff. de testis. Et per
Bal. in. l. curēt. ff. de testi. vbi loquit de ptāti
bus castorum sed ibi nō accidit. sed dicit facē
ad hoc. l. iudemus. s. is quoq. C. de sacro sa
eccle. Et qd nō Jmo. h. et adde similit. q. quā
ponit Paul⁹ de castro. in. l. acta in pn. s. re
iudi. Et de hoc an de actis cause stet dicto in
dicis. vide p Ro. in. d. l. sciendū. s. i. de v. ob
in anpenult. col.

In. xxvij. col. vbi. glo. colligit tabellionis scri-
pturā qd psonarū vice sustineat tabellio. et vi
de. s. eo. in. i. col. in. ij. nō. Et adde optimum
tex. i. c. vt officiū. s. uerū. de hereti. li. vi. et ad
de qd etiā interdū in extraiudicialib⁹ maioris
auctoritatis est vnus sacerdos qd vnus tabel
lio. Ad hoc vide tex. in. c. qd. de vsu. li. vi. ita
dicit do. Anto. in. c. si iustus. in. vij. col. i vbi.
quero an sufficiat. de appel. sed si volumus
videre quot psonaz auēre suppleat notari⁹
in instrō oportet scire qd testes requirāt ad
reprobationē instrō qd pprie exaiat p do. An
post glo. et Jmo. in. c. cum iohānes. de fide in
stru. Et qd notari⁹ sustineat vice duaz pso
narū tenet Bar. in. l. i. s. si. ff. de vbo. ob. et Bal
insti. eo. in. si. pn. ubi dicunt qd in receptione
testiū theotonicorū quā habz facere iudex la
tinus si notarius habet noticiāz vtriusq. lin
gue sufficit ipe solus in ptes. al' aut debebūt
adhiberi duo interpretes si pūt haberi.

Paulop⁹ ibi. xvi. q. ij. s. potest iudicio meo
ille tex. illud non pbat. qd tex. dicit in pntia
tabellarioz i plurali. Et postea subiicit de tri
bus honestis psonis in defectū tabellarioz.

Sed si ille tex. diceret tabellarij in singulari
bene pbarer id ad quod coiter allegatur. et qd
tabellio nō sustineat nisi vice vnus psonē
est tex. i. l. si. s. Sin aut dubiū vbi. spāli tabel
lario et. C. de iur. delibe. Et quādo aliqd habz
fieri corā sacerdote an sufficiat qd fiat corāz
duobus nō presbyteris eius loco adhibet. vi
de p do. Anto. in. c. cū esses. in. ij. col. de testis.
post spe. in. ti. de instru. edic. s. spendiose vbi.
Item p ius canonicū.

In ea. ibi. s. in cōtradib⁹ nō credit scripturis
et cetera. vtruz credat scripturis notarij sup
actis iudicialib⁹ absq. alia testiū subscriptōe
Et adde hic qd nō. Bal. in. l. iuris iuradi vbi.
quero vni testi. C. de testi. Et vt q sic p tex.
singularē. in. l. sancimus in vbi. vel inter acta

manifestauerit. C. de testis. vbi tex. equipat aliquid fieri corā idoneis testib⁹. uel inf⁹ acta Bal. tamē ibi supplet dicēdo q^d regrent⁹ duo testes in illo instrumēto cū nō sit de act. Ad hoc etiā vide glo. in. l. curent. ff. de testi. que loquit⁹ de exaiatiōe testiū an debeat fieri corā alijs testibus. de quo p^r Bal. in. l. nullū. i. ij. col. vli. iij. quero. C. de testi. et est tex. optim⁹ i. c. officij. §. verū. de testa. Et vide oīno Bal. i. l. in donationib⁹. C. de dona. vbi late examiat istū passus et dicit q^d cōsuetudo mūdi obfuar⁹ q^d in actis nō regrant⁹ testes nisi in diffinitis et interlocutorijs iudicati. Et ita dicit tenēs et allegat Inno. hic. et in. c. post cessionē. s. eo allegat etiā Inno. in. c. i. de fide instru. qm̄ dic⁹ nō firmare. Pro h⁹ facit q^d nō. Bal. in. l. oīuz C. de testis. vbi dicit q^d valet testm̄ factū coram iudice cum duobus testib⁹. licet Nico. mata. tenuerit cōtrariū. et ad hoc etiā fac⁹ q^d nō. Bar. in. l. i. circa p̄n. ff. a quib⁹ appell. non licet vbi dicit q^d tantuz valet assertio apud acta q̄tū pactuz. et dicit q^d taciturnitas apud acta habet vim stipulationis. et allegat l. cum ostendimus in fi. ff. de fideiussor. tu. Itē adde q^d quādo in actū regrit⁹ scriptura si ille actus fiat apud acta sufficit q^d fiat viva uoce. tex. ē in. l. i. in fi. cum. l. se. ff. de appel. Item de. q. hic posita p^r do. Anto. uide p^r Lapū allat. lxxi. et p^r glo. in. l. gesta. in fi. glo. magne. C. de re iud⁹ Item vide Sali. in. l. si quis. de curio. i. ij. col. vli. oppo. v. C. de falsi. Item adde q^d etiā ibi al⁹ de iure pro negocio duplex deberet fieri in instrumētū sufficit simplex assertio apud acta. Item dicit singulari. Hosti. in sūma. de natis ex libere ventre. §. et in qbus. circa p̄n. vli. alij ascripticij que refert ad lrām. et seq^r do. Anto. in. c. indicatus. de imu. eccle. Adde hic Bal. in rubrica. C. de fide instru. vbi dicit q^d si mādātū pcuratoris fiat apud acta notari⁹ debet adhibere testes q^d mādātū ē actus ipri nens ad officijū scribēdi. et si in actis repitur tali die fuit lis et. nec plus dicit⁹ an p̄betur litij cōtj. vide elegant⁹ per Bar. in. l. sciendum circa fi. ff. de vbo. obli. qui cōcludit q^d sic. In. xix. col. vli. glo. oppo. vtrū debeat credi et de hoc vide latius. in dicto. c. cum parati. de appel.

In ea. vli. quero qualit⁹ exigit⁹ ibi q^d ad actū excoicationis uel missionis. de hoc vide per do. Anto. et Abba. in. c. qm̄. §. in alijs ut litij nō et. p^r do. Anto. in. c. si. de dolo et etu. et i. c. sicut. in. v. col. de offi. dele.

In. xx. col. vli. querit glo. quare scribenda est an recusatio iudicis sit facienda in scriptis. et q^d sit est glo. in. c. ij. regris. §. iij. in vbo allat. de appel. Et idem tenet Jo. an. in nouel. in. c. lra i vbo assignata. de appel. li. vi. et i. c. appellatio sup fi. vlti. glo. eo. ti. et li.

In ea. vli. quero quare exceptō. an exceptōes sint dande scriptis. et q^d sic est glo. i. c. appellatio. de appel. li. vi. Sed tu de hoc vide Bal. in. l. de replicat. §. exceptiones. Et flozi. i. l. in exceptionib⁹. ff. de pba. vbi nitit⁹ cōcordat Bar. in. scire oportet. §. oportet. ff. de execu. tu qui dicit cōtrariū eius q^d dixerat Inno. i. c. dudū ecclia. cū si. glo. i. s. de elec. et q^d excepti ones sint dande in scriptis. tenet glo. in. c. prudentia. §. vi. in vli. ex cōfessioe de offi. dele. Sed tu de hoc vide p^r Bar. i. l. i. in. iij. col. vli. pmo quero. ff. de excep. ubi cōcludit q^d regulariter exceptiones nō sūt dande in scriptis. s⁹ dicit q^d fallit hec regula i casu aut⁹. hanc autē querelā. C. de nō nu. pecu. et in casu. c. ut circa de elec. li. vi. Sed dicit q^d regularit⁹ bene debet at redigi in scriptis. ut hoc. c. qm̄ cōn. et vide Jo. an. in nouella. et de. de ancha. i. d. c. appellatio. vbi vident⁹ reprobare illā glo. Et adde Bal. in. l. nec causas. C. de appel. et cū Bar. i. d. li. ff. de excep. cōcordat Bal. in. l. de lite obli. circa mediū.

In ea. ibi circa gl. q^d nō p̄pter statuta. nō q^d statutū faciēs mētionē s⁹ exceptione nō habz locum in recusatiōe sicut statutū loquens de defensiōib⁹ nō habet locū i exceptiōibus vel econtra ista est glo. quā ibi ad hoc nō. Doi. in. c. i. in vbo defensiō. de litj. cōtj. li. vi. S⁹ circa hoc q^d dicit do. Anto. hic facit q^d nō. spe. in ti. de dilat. §. nūc videam⁹ in fi. quez refert do. Anto. in. c. iter monasteriū. i. iij. col. de re iud⁹. vbi dicit q^d post datū terminū ad oēs exceptiōes dilatorias p̄ponēdas non pōt p̄poni exceptio recusatiōis.

In. xxiiij. col. vli. vlti. de. dicit⁹ vtrū acta iudicij que non apparent p^r scripturā possint p̄bari p^r testes. Et de hoc vide p^r Bal. in. l. quotiens. §. si. ff. de pba. et p^r Bar. et Bal. in. l. ne in arbitris. C. de arbitris. et adde Bal. in. l. pla tam circa fi. C. de sentētijs. ubi dicit q^d iudex debet in actis facere scribi dicta testiuz. q^d de eorū dictis non stare postea dicto iudicis et tabellionis. Et s⁹ hoc an acta iudicij possint p̄bari p^r testes. vide plene p^r Bal. in. l. si. i. ij. col. vli. quero nūquid acta. C. de re iud⁹. et in. l. is apud. in. iij. col. C. de edendo. et q^d acta iudicij possint p̄bari p^r testes p̄bat⁹ p^r tex. cū glo. in vbo testimonia. in. l. qm̄. C. de heretic. quā gl. nō. Bar. in tractatu. de testi. i. v. col. vli. testi. dixit aliqua vera esse quia audiuit. vbi dic⁹ q^d si peat scriptura in qua scripta erāt dicta testiū. si extrūc alij testes dicentes se audiuisse testes idoneos vocatos et solēniter exaiatos sic deponere q^d p̄babūt dicta eoruz. Et adde Ange. in aut⁹. i medio litj. nō fieri sacras for. collac. viij. vbi dicit q^d aut a p̄cipio potuit haberi copia notarij et debebūt acta p̄bari p^r scripturā al⁹ poterūt p̄bari p^r testes. Et adde

Bal. in l. litigatoribus. C. de appel. vbi dicit qd acta iudicij possunt pbari p testes nisi sint acta in quibus ius expresse regit scripturas sicut in libello de liti. coti. et snia et appellatioe ex i teruallo interposita. Sed vide qd de hoc no Ange. in l. picipimus. §. in his aut. C. de appel et qd acta iudicij no pnt pbari nisi p scriptura tenet Bar. in l. edito in fi. vbi. C. de edito. diui. adri. tol. Item adde qd acta et pbationes cora arbitratore pnt pbari p testes cum ipse possit pcedere sine scriptis et sine ordine iudicario. ita nota Bar. in l. si societate. §. arbitro ru. vbi. quero vtra arbitrameta possit. tetigi ff. p socio. Itz adde qd de q. hic posita p co. Anto. not idem co. Anto. in. c. in nostra i pn ij. col. vbi. no qd acta. de pecu.

Paulo post ibi qd appellatioe documetorum vtru appellatioe documetorum contineat testes vide de hoc qd scripti post glo. in. c. cora. de in. integrum resti.

In. xxv. col. vbi. qd est veru ut snia. Sententia nulla si pot consensu ptu approbati valeat tamq snia. sed bene ut valeat tamq padu. et ide dicit Bal. in l. unica. C. qui p sua iudic. et in l. si diuersa. C. de transac. Quid aut econtra an pres de coi consensu possint recedere. vide glo. et doc. maxime Pau. de castro. in l. acta. i pn. ff. de re. iudi. Et istud idem qd hic dic co. Anto. dicit idem Bar. et in l. si expressim. ff. de appel. post pn. et in l. in. iij. col. C. quando puo. no est necesse allegado. l. ij. C. cominat. uel epistolas. et p co. Anto. in. c. significasti. i vij. col. de foro copet. Et vidi qd no. Bal. in l. cum antea cit. pn. vlt. col. C. de arbitris. et Bal. in. c. i. in. i. col. de re iudi. et Bar. in. l. obf uare in fi. de offi. procosul. et lega.

Paulo post ibi ut padu hoc limita veru nisi snia sit nulla ppe expressus errorz iuri. qd tuc tuc p ptu consensu no pot validari nec vt padum ita singularit dicit Bal. in l. errore i vltima col. C. de iur. et fac.igno.

In ea. in vbi. ad pma Jo. fuit ic. an psumi debeat pro snia. Et an p iusticia uel solenitate p cessus. Et vide Inno. in. c. innotuit. de eo qui furti. ordi. susce. et vide glo. in. c. cu speciali. §. porro. de appellat. Et de hoc qn psumi debeat pro actis porcessus. et quando no. vide p Bal. in l. si. in vlt. col. vbi. quero nsgd pro actis. C. de re iudi. et plene etia p co. Anto. in. c. cu3 ad sedé in penult. et vlt. col. de resti. spo. et per flozia. in l. ab ea pre circa fi. ff. de pba. ubi in alia dicit qd licet psumat p solenitate intrinseca iusticie no tamen p extrinseca. vnde dicit qd no presuit qd snia fuerit lata. et adde Bal. h in. c. i. in fi. iij. col. vbi. si valeat i ti. de mili. ua sal. qui cotumar est. vbi dicit qd post bienius psumit p snia et pcessu. et ita dicit tenet Host in. c. in pntia. de renunc. Adde hic Bar. in l.

scienda in fi. ff. de v. ob. vbi dicit qd si i actis repit scriptura q snia fuit finaliter lata psumitur lata iudice sedente pro tribunali. et adde h qd no. Bar. et Ang. in l. si. C. de sententijs ex piculo recit. ubi ponit vtruz snia psumatur lecta.

Item de hoc qd psumat p snia. vide oio que nota. scribit Inno. in. c. i. circa fi. vbi. Item pl^o dicimus de cofirma. vti. vel inuti. et p Inno in. c. cum in iur. in pn. vltime col. de offi. dele Item adde. qd si p inspectione actoru apparet defectus alicuius solenitatis iudicial talis in specto elidit psumptionem que viget. qd psumi debeat p solenitate actorz tex. est que ibi allegat co. Anto. circa pn. in vbi. Nota hoc aptu in. c. vnico. de liti. et. Sed tu dicas qd io ibi no presumit p actoru solenitate qd ibi nodu lata fuerat snia que est illa que facit psumi pro solenitate. Item adde id qd no co. Abb. in. c. cu inf. R. seniorz. de elec. in. vi. col. vbi dicit qd no est presumedu p snia iudicij q pcedit pre no vocata et eius defensione no admissa. Et hoc dicit esse singulare dictuz Bal. post glo. i. l. si. C. de legi. an psumat solenitas citationis. vide co. Anto. et qd ibi plene no. in. c. qd sic. in. v. col. de elec.

Item de hoc an psumat p snia iudicij q ad solenitatem pcessus. vide p Inno. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. et in l. iij. §. codenatu. ff. de re iudi. et i. l. si cu nulla eo. ti. Ange. et Inno. in l. de vno quoq. ff. eo. ti. et Bar. in l. acta eo titulo. et in l. si. ff. qn. appellat. sit Bal. in l. i. C. ne. lic. in vna. ea. ca. rtio. puo. et in l. emancipacione post Cy. ibi. C. de fide instru. Bar. in l. admonedi vbi. quero quid si repiant vca ff. de iur. iur. Et cum dicto Bar. in l. si. C. de sententijs ex piculo recit. Et in l. scienda circa fi. ff. de vbo. ob. in illo articulo an snia psumat lecta concordat Bal. et Ange. in l. quecuq. §. si ff. de publiciana. et Bal. in l. fideico. §. i. ff. de le iij. Et Bal. in l. si is qui. ff. de testis. Et in l. i. i. ij. col. C. de sententijs ex piculo recit. et Bal. in l. i. in vltima car. C. de fide instru. et iur. aste fil. li. x.

In. xxvij. col. vbi. alibi Inno. presumit p snia etia quo ad pcessu qn trasuit in re iudicata Et p hoc tex. est optimus. in. c. cu inf in fi. de re iudi. et vide Jo. de ligna. in. c. in pntia i fi. de renunc.

In. xxvij. col. ibi. quando aut factu dicat qro tpe dicat sniam esse antiqua vel de longinq tpe latam. Et vide co. Anto. in. c. cu inf vos in sine. de re iudi. vbi dicit qd dr esse factum antiquu qn lapsu est bieniu. Et vide qd no co. Anto. in. c. venies. el pmo in penul. col. de testibus. et qd ibi no. Bal. in. c. i. §. san ximus i ti. quo tpe miles iuxta fi. et adde hic qd solu psumit in his que ipse exercet pvia otiose

jurisdicōis ita dicit nō. do. Anto. in. c. q. sicut
In. xv. col. de elec. Et de hoc dicit esse casum
singularē qui de facili alibi nō reperit i. l. ab ea
pte. ff. de pba. Item de illo articulo an et quā
cōstat de snia p solēnitate pcessus psumatur.
vide latissime et melius q̄ alibi p Roma. i. re
petit. sua. l. sciendū. ff. de vbo. ob. in. xxiiij. col.
vbi. succedit post predicta. ff. de vbo. ob. vbi
reassumit fere oia dicta in h passu p do. Ant.
hic. Item adde q̄ quā petit confirmatio snie nō
presumitur pro snia. Sed ille qui petit confir
mari tenet docere de eius validitate. ita dicit
singulariter Inno. in. c. i. de cōfir. vti. uel iuti
Et vide qd̄ ibi nō. et tene mēti q̄ est singularē
dictū in materia. Item adde q̄ quādo ille cō
quē allegat snia negat sniam latā; si postea
pbabit sniam latā in penā negantis nō solū
psumit p snia sed etiā p oī eius qualitate ita
singulariter sentit Bal. in. c. i. circa si. in ti. q̄t
testes sūt necessarij in vrbus feudorū.

In. pxi. pcedēti col. ibi ad acta ne cōtinue ar
tet. adde qd̄ nō. Bar. in tractatu de teste. i. v.
col. vbi. testis dixit aliqua vera esse. q̄ audi
uit ubi dicit q̄ si scriptura cōtinē dictū testi.
seu dicta testiū deperiret et extaret testes qui
dicerēt se audiuisse testes idoneos iurare et so
lēniter sic deponere isti testes pbarēt.

In. xxix. col. ibi saluo papa. an de acti. ii. Stra
tur dicto pape uel legati de actis corā eis ge
stis licet nō appareat scriptura. Et in q̄tū hic
dicit de legato. adde q̄ idem de cardinalib⁹
de equitate dicit spe. in ti. de teste. §. i.

In. xxx. col. vbi. sed et qd̄ dixi. Et adde q̄ quā
arbiter habet potatē pcedēdi in scriptis et sine
scriptis stat et dicto de acti. corā se factis. ita
dicit Bar. in auct. nisi breuiores. C. de sētētis
ex piculo recitan. Et idē dicit de. de anch.
in. c. fi. de re iudi. li. vi. et idem dicit do. Anto.
s. px. xij. col. vbi. Idem dicit Bar. quē prius
nō pōderauerā. et circa id qd̄ dixi de cardina
li. adde qd̄ idē dixit Inno. in. c. cuz dilecti. in
glo. sua que est sup vbo respōsiōne circa pn.
de accusat. sed imo v̄ standuz eius assertiō i
etiā de actis corā alio factis etiā sup bis sup
quibus aliquā adhibuit cognitionē. tex. ē nō
in. c. cōstitutus vbi. intellectu igit. de appel. q̄
est tex. singularis.

Paulo post ibi. xvij. di. nobilissimus. ad h
facit qd̄ nō. do. Anto. plene. in. c. q̄ sup bis. s̄
fide instru. Et quod ibi late nō. et qd̄ nō post
do. Abb. in. c. sicut. de snia exco. Et de. q. h po
sita in terminis. vide p Roma. i. d. l. sciendū
de vbo. ob. in. xxix. col. vbi cōcludit stari di
cto cardinalis s̄ actis corā se factis. et allegat
Inno. in. c. cum dilecti. de accusat. et vide Bal.
in. l. si qua p calūniā. in vlt. col. vbi. Deinde
quero legatus de ep̄is et clericis. vbi dicit q̄
speciale est in legato cardinali vt stetur eius

dicto de acti corā se factis. Et ita dicit tenē
archi. in. c. nobilissim⁹. xvij. di. sed tu de ista
q̄. vide tex. in. c. bone el pmo. vbi. nos igit. et
si ppter. ii. s̄. de electio.

In ea. ibi q̄ si iudex ferat sniam vtruz pbent
vba narratia que dicit iudex viso libello vi
sa lit. et. et cetera. vide glo. in vbo fundat i cle.
lis. de pba. Et adde mirabile effectū quē hnt
talīa vba expressa in snia quē ponit do. Ant.
in. c. licet causam. in. xv. col. eo. Et p illa p̄ti
ca ut in snia exprimant illa vba viso libello
et visa lit. et. vide glo. in vbo libello. in. l. ij.
C. de sētētis ex piculo recitadis. et an talia
vba plata in snia pbēt acta. vide p Bar. in. l.
i. circa mediū. C. de relat. et hoc vide p spe
in ti. de pbat. §. vidēdū restat vbi. sed pōe in
tex in snia p Jac. butri. in. l. veteris. C. de cō
traben. et cōmit. stipu. Et p Inno. in. c. cū i iu
re circa mediū al. cū si. vltime glo. de offi. de
lega. Et vide Bar. in. l. acta circa si. prin. ff. de
re iudi. vbi dicit q̄ talis narratio i snia pbat
solēnitate pcessus et allegat Inno. in dicto. c.
cum in iure. et spe. in ti. de snie. plat. §. restat
vbi. in snia al. est. §. nūc aut vbi. Et nō fm q̄
dam. et dicit q̄ spe. allat p casu. l. fi. C. de relat.
Sed tu de hoc vide Jo. an. i. addi. spe. in ti. de
re iudi. vbi recitat longissimā disputacionez
Suido. de suzaria sup hoc passu. Et Bar. in
auct. si q̄s i aliquo. C. de edēdo. et adde h Bal. i.
.c. i. si. iij. col. vbi. q̄ro si valet i ti. de mili. va
sa. qui cōtumat est. vbi dicit q̄ si i aliq̄ snia
multū ātīqua d̄r q̄ ps fuit citata q̄ psumit
citatio. et ita dicit tenere Inno. in. c. alberticus
de testi. et de. q. hic posita p do. Anto. vide in
terminis p Bal. in. l. si. et ibi raph. ff. q̄n appel
lit. Et de ista. q. i. termis vide plenissimas re
missiones vltra oēs istas in q̄nterno nō vi
sōrū. in. xxij. q. et vide Ange. in. l. si p̄ses circa
pn. C. quō et quādo iudex. qui videt cōcludē
q̄ vba apposita i snia nō pbāt nisi quaten⁹
apparet ex actis. adde Ange. i. l. platam. C. de
sētētis. vbi dicit q̄ si iudex in snia dicat vi
sis actis et illa vba nihil opant si enūciat im
possibile fm naturā ppter t̄pis breuitatē. Et
adde qd̄ nō. do. Anto. i. c. cōquerete circa pn.
vbi. veniamus ad sniam de officio ordi. nota
illum tex.

Itē de. q. hic posita in terminis vide p spe. in ti
de inst. edi. §. restat in pn. vlt. col. vbi cōclu
dit talia vba iudicis i snia plata non pbare.

Et idem dicit Ange. quē vidi originaliter in. l.
sciendū circa mediū. ff. de vbo. obli. Sed tu vi
de plene de hoc et elegāter p do. Anto. i. c. i. i
vlt. col. de fide instru. Et p Inno. i. l. iij. §. cō
denatū. ff. de re iudi. et i. l. si cum nulla eo. ti
Et de hoc vide lapū allat. xliij. c.

In. xxx. col. ibi vbi cōcludit q̄ narrās i instrō
vba enūciatiua posita in instrō pbant si id

quod enūciat poterit interuenire tpe instrū. &
hoc idē dicit Bal. i. l. si. circa si. C. de re iudi.
& Bar. in. l. sciendū. de v. ob. & Bal. in. l. nō id
circo. C. de iur. & facti ignorātia. vbi allegat
Inno. hic. & in. c. cū in iur. de offi. dele. Et vī
de Bal. in. l. ex his vbi. C. de testō militi cū
mediū vbi ponit an notari⁹ hodie possit cō
ficere instrūz dicendo q tu heri mutuaſti mi
hi vbi allegat Inno. hic.

Item adde hic qd nō. do. Anto. in. c. fraternita
tis. in ult. col. de testi. Adde hic do. Anto. i. c.
post cessionē. in. xv. col. v. si. sextus casus. s. e
vbi dicit q nō credit notario attestanti ali
quid de pterito. q nō dat ei fides nisi de his
que sūt edita tpe cōfedi instrū. Adde hic Ang
in. l. qui ad ciuilia. in. fi. C. de appel. vbi dicit q
snia lata in pntē nō cōtradictē oia enūciata
in snia psumūt vera licet tūc infuenire non
poterūt. Et ita dicit tenere Inno. in. d. e. qm
cōū. Adde hic Ange. in. l. impatores. ff. de pri
uilegijs credi. vbi dicit q denūciatōi facte
in instrū nūq̄ stat in p̄iudiciū tertij qm enū
ciata nō poterūt interuenire tpe cōfedi instrū
licet stet in p̄iudiciū contrahētū. Et hoc dicit
esse dictū Jo. an. in hoc. c. qm cōū. Sed de h
vide elegāter p eundē Ange. in. l. optimā. in
penult. col. C. de cōhibē. & cōmit. stip. vbi et
allegat Jo. an. in hoc. c. quoniam cōū. & vide
Ange. in. l. sciendū circa mediū. ff. de v. ob. in
lec. Et vide de h p do. Ant. i. c. **I**tem. col.
v. si. ad 2^o an adhibeat f. de fide instrū. & vide
late p Ro. i. d. l. sciendū. i. xxxi. col. v. si. quo ad
tertij. Item adde hic qd nō. Bal. in. c. causas
in. fi. de re iudi. Et qd scribit Inno. post Bal.
in. l. in eo. ff. d. testis. Et adde qd singulariter
scribit do. Anto. in. c. cum dilectus i penl. car.
de successione ab intestō. & in. c. ea noscitur. &
qd ibi notauit de his que fiunt a plato. Item
vide ad h qd multū singularit nō. dñs Ant.
post dños de rota i. c. sollicitē. in. vi. col. & qd
ibi nōū. de resti. spoli. vbi vide pulchra circa
verba narratiua. & vide f. p̄ria. ij. col.

In. xxxij. col. ibi q si in instrū dī talis certifi
catus de bñficio renūciauit ic. p hec vba non
pbat certificatō. Et qd opet clausula ista sci
ens se teneri quā nōrū olueuerūt apponere i
instrū. vide p Bar. in. l. si. s. idem quesit. ff.
de vdi. inde p Ange. Bar. & Bal. in. l. sed & si
qs. s. si. ff. si qs cant. p Inno. in. l. a titio circa
mediū. ff. de ver. ob. Item adde hic qd nō. do
Anto. in. c. albericus. i. vi. col. de testi. vbi po
nit quādo in instrū asserit tale qd actū fuisse
vocatū vocandis vtrā per illa verba p̄bet
vocatō.

IPaulo post ibi q nō pbat de hoc p Bar. in. l.
si dari. de vbo. ob. p Bar. in. l. iure cū. ij. col.
C. de rei ven. Bal. in. l. ij. in. vij. q. in. fi. C. d. re
scin. vendi. Et facit qd nō. Bal. in. l. in eo. ff.

de testis vbi dicit q si notarius asserat talis
testōr sanus mēte licet eger corpore sic dispo
suit pbat enī tūc tpe fuisse sane mētis. S; vi
de ibi Inno q non sequit dictum Bal. & vide
oīno Bar. in. l. si forte i. fi. ff. de casti. pecu. vbi
dicit q si in instrū facto a capitulo alicuius
ecclesie cōtineant ista vba p̄cedētib⁹ lrimis cō
tradictibus nō p̄ptera pbat easdē psonas. et ad
hoc facit qd nō. do. Anto. in. c. fraternitatis
in pe. col. j. de testis vbi ponit si i scriptura no
tarij cōtineat talis testis iurat⁹ deposuit an ex
hoc p̄bet testem iurasse. Et adde qd nō. Dp
i. l. impatores. ff. de priui. credi. qui refert ibi
Ange. vbi dicit q p solēnitatib⁹ p̄sumit
si saltem in instrū venditiōis fiat mentio de
oibus solēnitatibus.

Item adde hic Domi. in. c. dudū circa p̄n. s.
rebus eccle. nō alie. li. vi. vbi dicit q si in in
strumēto alienatiōis rei ecclesiastice narrat
utilitas seu necessitas subesse nisi aliter p̄bet
nō p̄pterea credit illis vbi. & ibi dicit de hoc
esse optimū tex. Item circa ista verba enūcia
tiua. vide qd late scribit do. Anto. in. c. cum
dilectus. & ibi plene nōū de successiōibus ab
intestō. Item vide qd nō. do. Anto. in. c. cum
in iure. in. vij. col. de offi. dele. Et qd nōū p⁹
do. Anto. in. c. fraternitatis. in penul. col. Itē
si in instrū dicit vocatis & rogatis testibus
sed nō dicit ad hoc an p̄sumat rogati ad h
vide p Bar. in. l. p̄tor. s. hoies. ff. vi bonoz
raptor. Itē de p̄ma. q. quā ponit hic do. Ant
vide Bal. in rubrica. C. de cōfess. Et in t̄mis
p̄p̄ijs vide p Ro. in. l. sciendū. i. xvi. col. v. si
quid si instrū. de vbo. ob. vbi refert illud cō
siliū f̄rede. quod allegat hic do. Anto. & t̄msit
cum f̄rede. cum quo etiā cōcordat. do. Abb. i.
c. cum causam el p̄mo. in. vij. col. j. de testibus
Sed cōtrariū eius qd dicit f̄red. tenet Ang
in. d. l. sciendū. & Inno. in repetitiōe. c. cū cōtin
gat. in vlt. col. s. eo. in v. si. potes etiā addere.
Cum quib⁹ cōcordare vī do. Abb. in. c. cum
causam. de emp. & ven. referēdo tamē cōsiliū
f̄rede. Cōū f̄rede. tenet etiā do. Flozi. raph. in
l. si. s. si. ff. ad velleya. adijciētes. qd t̄n p̄babi
tur cōtrariū si interroget notari⁹ quid sit be
neficiū velleyani vel macedoniani. de q̄ asse
rit factā eē certioratiōē. & notari⁹ forte ne
sciet respōdere. Et ita refert Alberi. in. d. s. si
se p istū modū obtinuisse cām i. q. facti. vide
qd scripsi. s. p̄xi. ij. col. Item si in snia dicat
p̄re absente pemprozie citata an p hec vba
p̄bet emanasse pemproziū Jo. an. in addi. spe
in ti. de sentētijs. s. ut aut v. si. Et nō s̄m q̄sdā
dicit q nō nisi de subtilitate iur. sed de con
suetudine obseruat cōūriū. Ange. nō. in. l. de
vno quoq. ff. de re iudi. dicit q illa consuetu
do est iusta si tpe snie citari potuit ul ē bānū
sed esset iusta si constaret q tunc citari non

potuit q̄ v̄ba enūciatiua snie nō pb̄at p̄cessā
fēs q̄ agitari nō potuit. ut in. c. qm̄ cōī falsā
de pb̄at. Sed tu adde q̄ secus ē ī inf̄positiōe
p̄imi v̄l secūdi decreti. q̄ licet in eo iudex as
serat p̄tes p̄emptorie fuisse citatā nō p̄pterea
p̄sūt fuisse p̄te citatā. ita d̄miat singularit̄
frede. in cōsilio. cl. xv. quē refert 7 sequit̄ dō.
Abb. in. c. tenor. de re iudi. 7 idem d̄ico eadez
rōe in q̄libz alia iterlocutoria. q̄ nō ita forti
ter p̄sumit̄ p̄ interlocutoria sicut p̄ diffini
tiua 7 ceta.

In ea. ibi puto tamē q̄ sola enūciatiua 7 ceta.
verba enūciatiua ī snia 7 instrumentis pb̄at
quādo factū est de logiq̄. sed cōtrariū dicit̄
dō. Anto. in. c. series. de testi. Et vide q̄ latif
sime scribit̄ dō. Anto. in. c. cū dilectus. de suc
cessione ab intestato. Et de istis v̄bis enūcia
tiuis positis in instr̄o. vide glo. 7 Bal. i. l. cū
aut quis. C. de iur̄ deliberādi.

Paulopost ibi tūc dat̄ fides sicut fame v̄ba
enūciatiua t̄m opant̄ in cōtractu q̄tū fama.
Et idem dicit̄ dō. Anto. in. c. cū olim. de censi
in. i. col. Et adde q̄ in terminis istis d̄r factum
de longinquo seu factum antiquū q̄n lapsus
est bienniū. vt dicit̄ dō. Anto. p̄. Dost. in. c.
cū inter. in fi. de re iudi.

In ea. ibi itē nō valet q̄ snia ī. Si snia fert̄ ī
tertia p̄sona p̄sumit̄ lata sine scriptis. 7 hoc
d̄ctū retulit̄ dō. Anto. in. c. exaiata. de iudi. 7
De. de ancha. in. c. si. de re iudi. li. vi. in penul
col. de quo vide p̄ Bal. in. l. gesta. de re iudi.
In. xxviii. col. ibi p̄t̄ea nō p̄sumit̄ 7 ceta.
nō p̄sumit̄ p̄ snia pro qua est appellatū. Et
idem dicit̄ glo. i. l. i. C. si adūsus credi. 7 v̄trū
p̄sumat̄ p̄ iudice appellatiōis. vide dō. Ant
in. c. ut rebirus circa p̄n. d̄ appel. Et q̄ nō p̄
sumat̄ p̄ snia a qua est appellatū. pb̄at tex. in
s̄. illud quoq̄ d̄terminare. in v̄bo si eas recte
mōstrauerit. in aūc. de his q̄ ingredi. ad appel
Et nō spe. in ti. de instru. edic. s̄. restat. v̄si. i
sūma. 7 in ti. d̄ snie. pla. s̄. ut aūt. v̄si. Et nota
fm̄ quosdā. de quo etiā vide p̄ dō. Anto. in. c.
in p̄ntia in. v. col. de renūc. Et adde q̄ p̄sūt
snia dum p̄ndet tēpus appellādi. tex. est sin
gularis subtiliter ponderatus. in. l. p̄pter. s̄.
fi. ff. ad sp̄lle. 7 ibi vide Bar. 7 idem expresse
firmat̄ dō. Anto. 7 ab. hic in lec. licet nō affir
mer illā tex. d. l. p̄pter. 7 de illo articulo an p̄
sumat̄ p̄ snia a qua fuit appellatū. vide bonū
tex. in. l. instituta. ff. de inoffi. testō. 7 spe. in ti
de iḡsit. s̄. fi. v̄si p̄zzo circa mediū. 7 q̄ nō.
Bal. in. l. si. C. de ordi. cogni.

Paulopost ibi sicut nō est an pendat 7 ceta
pendente iudicio nullitatis p̄sumit̄ p̄ iusticia
snie. Et ad idē vide dō. Anto. in. repeti. c. p̄ve
nerabilē. in pe. car. qui si. sint le. Et vide Bal.
in. aūc. que supplicatio circa si. v̄si. iuxta hoc
tamē. C. de p̄ci. impa. offe.

In. xxviii. ibi si lata est contra absentē v̄trū
p̄sumat̄ pro snia lata p̄te absente. Et de hoc
vide dō. Anto. in. c. in p̄ntia. in aūpenult. col
de renūc.

In ea. v̄si. in dubio autē an p̄sumat̄ 7 cetera.
v̄trū in dubio p̄sumat̄ lata in p̄ntē vel absē
tem. 7 de hoc vide p̄ dō. Anto. in. c. terror. in
ult. col. de re iudi. Et quādo fuit lata in p̄ntē
an p̄sumat̄ p̄sens. ad hoc vide p̄ dō. Anto. i
c. in noie d̄si. in p̄n. iij. col. de testi. cui v̄ba
fuerūt originali Bar. i. l. furioso. ff. de re iudi
Et de hoc vide p̄ Roma. in. l. sciendū. in. xxx
col. de v̄bo. ob. 7 de. q. hic posita p̄ dō. Anto.
vide plene per dominū Abba. i. c. tenor. de re
iudi.

In. xxx. col. ibi in q̄trū dixi pro ad. p̄sumit̄ p̄
snia etiā in sūmarijs. 7 idē dicit̄ dō. Ant. i. c.
in p̄ntia. i. aūpe. col. de renūc.

Paulopost ibi 7 p̄cedūt etiā in his ī. p̄sūt
pro iudice etiā in his qui gerit p̄ viā volun
tarie iurisdictionis. 7 idē dicit̄ dō. Anto. in. c.
sicut. in. xv. col. de elec. d̄cēs esse casuz singu
larem in. d. lab ea p̄te. de quo vide p̄ Roma
in. d. l. scienduz. in. xxx. col. de v̄bo. ob. 7 ideo
dicit̄ Bal. in cōclusionibz spe. in ti. de appella
in. xv. col. q̄ decreta iudicū p̄sumūt solēnter
adta quasi sint extrajudicialia. an aūt p̄sūt
pro decreto iudicis spec. in ti. de emp. 7 ven.
s̄. nūc d̄cēdū el p̄mo v̄si. 7 breuit̄ tenet q̄ sic

Idem tenet Bal. i. l. quicūq̄. C. de bonis. que
liberis. 7 in. l. si. C. de p̄d̄is m̄ioz. Et pleni
in. l. i. alif. ff. de adopti. Et hoc tenet etiā Bal
in. l. si. p̄ses. C. quō 7 quādo iudex. 7 Imo. in
l. si q̄ cum aliter i. si. de v̄bo. obli. 7 de h̄ tex.
in. l. i. C. de p̄d̄is curialiu. li. x. quē ad h̄ alle
gat Bal. i. c. i. v. col. i. ti. qui feudū dare p̄nt
Et h̄ac opi. seq̄t̄ cū limitatōe Pau. de castro
in. d. l. cū hi. s̄. p̄tor. sed cōtrariū tenet Ang
in. repeti. li. i. iij. col. C. de fide instru. 7 iur̄ aste
fil. li. x. Et Roma. in. d. l. sciendū. in. xxx. col.
de v̄bo. ob. 7 pro p̄te q̄ nō p̄sumat̄ p̄ decreto
iudicis. facit tex. in. l. m̄ioz. Sed distigue
ut p̄ Bal. in. l. ex his v̄bis in. ij. col. C. de testa.
mili. vbi dicit̄ q̄ aut in decreto nō enūciat̄
solēntas 7 nō p̄sumit̄ p̄ solēntate ipsius aut
enūciat̄ 7 tūc p̄sumit̄. nec huic vltimo mem
bro ob. tex. in. c. i. in p̄n. de re. eccle. nō alie. li.
vi. Et q̄ ibi nō. Domi. vbi v̄r̄ p̄bari cōfr̄iū
q̄ n̄deo q̄ iō ibi nō p̄sumit̄ p̄ solēntate. q̄
fuit p̄batū vere eam nō interfuisse q̄ si non
fuisset probatū bene p̄sumebatur pro solem
nitate.

Paulopost ibi i sentētijs aūt censure ī v̄trū
in sentētijs que nō trāsēūt in rem iudicatam
p̄sumat̄ p̄ p̄cessu ut sūt snie censur̄. Et de h̄
vide p̄ Roma. in. d. l. sciendū. in. xxx. col. v̄si
quid in sentētijs censure 7 q̄ p̄sumat̄ pro sen
tētijs censur̄ nisi sit appellatū. tenet dō. Ant

in. e. in presentia. in antep. col. de renūc. 7 in suo cōsilio qđ incipit. q. hec dubia.

In ea. vbi. nūqđ aut p dicto arbitri. vtz aut psumat p sentētijs arbitroz vel arbitratoz sicut p sentētijs iudicū. Et de hoc vide p Ro in. d. l. sciendū. in. xxvii. col. dixit etiā ex his infert ad. q. 7 in ea. l. pen. col. ubi dixit etiā Ludo. post Ang. q. si apparet q. arbiter tulit sniam pntibus prib⁹ licet aliter nō appareat de cōpromisso tamē psumit cōpromissū pces sisse 7 q. psumat p snia arbitri tenet do. Ant in. e. in pntia. in penult. col. de renūc. Et idē in snia arbitroz. tenet Bal. in cōclusionibus spe. in ti. de appel. in. xv. col.

Pro quo est tex. melior. de iure fm do. Card Imo. 7 do. Anto. in. c. nisi essent. circa pn. de pben. Et q. psumat p sentētijs arbitroz. tenet Bal. in. l. vnde si nerue p illuz tex. ff. p socio. Et ita etiā dicit tenuisse dy. in illo cōsilio qđ incipit tholomeus. Et vtrū psumat p iudice in causa appellatiōis. vide p do. Anto. in. c. ut debitus. in. vii. col. de appel.

In. xxxi. col. ibi. ex his puto q. pēdente ic. pēdente reductione ad arbitriū boni viri nō psumit p laudo dato. Et idem tenet do. Anto in cōsilio suo quod incipit. q. hec dubia ic. 7 in. c. qntauall. in. xli. col. de iur. iur. 7 in. c. in pntia. in anpe. col. de renūc. Et facit qđ nō. Bal. in. l. nam 7 postea in pn. ff. de iur. iur. qđ limita. ut p do. Anto. in. d. c. in pntia. in penl. col. de renūc. Sed cōntrū hui⁹ vī determina re Bal. in cōclusionibus Spe. in ti. de appella in. xv. col.

Paulopost ibi in extraiudicialib⁹ aut 7 ceta vtrū psumat pro gestis p iudicē extraiudicialiter. vide Roma. in. d. l. sciendū. in. xxxij. col. vbi. item ex premissis. 7 vbi. item qđ si cōstat que promotū. 7 do. Anto. in. c. innotuit. circa si. de eo qui fur. oz. susci

In. xxxij. col. ibi q. est verū nisi ex breuitate vtrū psumat p snia lata sine cause cognitōe Sed imo videt dicēdū q. sit nulla. put dicit glo. 7 do. Anto. in. c. ecclesia sancte marie. de constit.

In. xxxiiij. col. ibi q. snia nō valz 7 ceta. adde hic Bal. in. l. libertoz. C. de testi. vbi dicit q. si iudex dicat in snia q. p duos libertos cōn te pductos in testes est pbatū ideo te cōdem no. talis snia est ipso iure nulla. Et allegat Jo an. hic. 7 dī secutus fuisse acta si in snia dixit vñis attestatiōib⁹ ut nōbilitate voluit spe. i. ti. de pbat. §. si. vbi. in sūma. quem refert 7 sequitur do. Anto. in. c. licet causam. s. eo. in xv. col.

In. xxxv. col. ibi sicut enī certificat 7 cetera. si iudex i snia refert se ad acta ex quib⁹ notorie apparet de iniusticia snie snia est nulla ac si i ea fuisset error expressus S; cōtrariū dic

Inno. in. e. i. 7 ibi glo. i. si. s. offi. de le. que seqt ipsemet do. Anto. in. c. trāslato. in. ij. col. de cōsti. 7 in. c. cum cōtingat in. i. col. de rescript. 7 in. c. ab excoicato. eo. ti. pro quo ipse allegat tex. quem dicit singularē in. c. clericus. de iur. iur.

AD nostram

Vbi. p hoc vide spe. oblatio purgationis non facit silere accusationez vel iquisitionē. 7 vide plene glo. 7 ibi do. Abbas qui clare tradidit hanc mām i. c. ex tuarū. de purga. cano.

In. vbi. oppo. q. admittat ibi purgationē iuramentale. Et ideo vide do. Anto. in. c. si. i. xi. col. de iur. iur. ubi dicit q. qñ pbatōes sūt in cōpassibiles semiplena pbatō contra plenas pbatōnē nihil opet. secus si essent in cōpassibiles cū posset deferri iuramentū in supplementum illi⁹ semiplene pbatōis. 7 vide j. eo. hoc. c. in finalibus verbis.

In. ij. col. i. si. ibi fatetur tamē licet naturalis obligatio que orit ex pacto nudo sit efficax. ad cōpensandū 7 si soluat nō dicat donatio tamē secus est in naturali obligatiōe ad anti dora. iuxta nō. in. c. cū in officijs. de testis. Et adde q. istud dictū Cinc. allegat 7 seqt archi in. c. mēnā circa mediū. ij. q. iij. Sed tu vide glo. in. l. creditores. in vbo nā. ff. de v. sigl. q. dicit q. si debitū nāle ppter obligationez ad antidora soluat nō cōpetit repetitio p. l. s. iur. §. i. ff. de donat. Item vide glo. in. l. donari. ff. de re. iur. que dicit q. solū id ad qđ tenet per obligatiōnē ad antidora dī donare.

Paulopost ibi 7 pōt in cōpēsationē 7 p eum solutus non repetitur vt est tex. in. l. iij. C. de vsuris.

Am causam

In principio vide oino in reposito rio auditoz. in vbi scriptura. in vlt. q. 7 Bar in. l. i. i. vlt. col. ff. si cer. peta.

In pmo nō. adde q. cōsines pbat p infra q. ad aliū finē pncipalit sūt facta ita dicit glo. nō. in. c. cū olim. de censu. 7 in. c. si papa. de pri uil. li. vi. quas glo. all. do. Anto. i. c. cū dilect⁹ de succ. ab intestat.

In penult. col. 7 credit in strō pducto. adde hic Inno. in rubrica. de consecra. ecclesie vel alta in pn.

Paulopost vbi. quero quid de scriptur. 7 ad hoc vide Inno. in. d. rubrica. de cōsecra. eccle uel alta. Et vide tex. 7 Bar. in. l. vel q. pater §. litteris. ff. de religi. 7 sūptibus fu. Itē adde q. corrupēs talia scripta i lapidib⁹ tenet lege iulia peculatus tex. est in lege qui tabulas. ff. ad. l. iuli. pecu. Item adde q. valet probatio p cronica glo. est in vbo non magis quā coiter

sequit̄ dōc. ibi i. c. inter dilectos. de fide instru.
 7 vide glo. in vbo patris tui. in fi. in. c. q̄to.
 de iurjur. que dicit nō credi in scriptoribus
 sepulcroz. 7 ibi Jo. an. reuertit̄ ad. c. sane hic
 allegat̄ q̄d v̄ pbare. Et idē dicit q̄ ille tex
 nō loq̄t̄ assertiue. S; dubio forte ego r̄nde
 rem q̄ posito q̄ loquat̄ assertiue sit sp̄ale in
 crimine heresis sicut est speciale q̄ i pbanda
 heretica p̄auitate admittūt testes singlares
 ut simpliciter voluit Bal. in. l. i. C. q̄ numero
 tute. Et fuit dīdū Jaci. de are. in. l. testiū. C. s
 testi. 7 de pbatione p̄ cronicā. allego glo. in
 vbo millesimo. in. s. formaz. ij. q. vi. 7 de scri
 ptura in marmore q̄ apte p̄bet. adducas q̄d
 nō. dō. Ant. in. c. i. i. xij. col. de fide instru. vbi
 dicit q̄ istm̄ pōt scribi in tabulis ligneis ce
 reis marmoreis uel eburneis. Et adde hic gl
 in vbo trāstulit. in. c. venerabilē. de elec. 7 vi
 de dō. Anto. in. c. p̄posuisti. in. fi. i. col. de d̄sec.
 eccle. vel alta. 7 ibi etiā clari⁹ p̄ dō. Abb. qui
 refert ad istud p̄positū Inno. ibi in rubrica. 7
 adde hic q̄d nō. dō. Anto. in. c. ad audientias.
 circa p̄n. de sponsa. Et an snia possit scribi in
 carta rasa. vide p̄ Bal. in apostill. in. l. q̄dam
 in fi. ff. de edēdo. Et vide q̄d nō. Jo. an. 7 De.
 de ancha. in. c. si. de re iudi. li. vi. vbi dicit q̄
 snia pōt scribi in pariete. 7 adde hic glo. i v
 bo scriptura in. c. solēnitates. de cōsecre. di. i.
 que dicit q̄ p̄bat cōsecratio ecclesie si ita iue
 niatur in libris ecclesie uel etiā in lapide. Itē
 vide glo. i. l. i. testō. la grāde de cōdi. 7 remo.
 Et q̄ p̄bet legitime p̄ libros antiquos v̄l p̄
 scripturas antiquas in lapidibus uel colum
 nis sculptas ul p̄ libros censuales. tener spe. i
 ti. de p̄ba. s. videndū. in. iij. col. v̄si. nono p̄ li
 bros. Itē vide Domi. in. c. q̄uis ante fi. xxi.
 di. vbi dicit q̄ in factis antiqs statur libris
 historiaz. 7 allegat nō. in. c. cū causam. Item
 vide q̄d de. q. hic posita nō. Bar. i. l. i. ff. de al
 bo scribendo. Itē q̄n̄ repiūt scripture antiq̄s
 sime cōtrarie quibus potius sit standū. vide
 q̄d singularit̄ scripsi post dō. Anto. in. c. tam
 lris. de testib⁹. uide Bar. i. l. ul q̄. s. reli. 7 sup.
 fu. 7 q̄ p̄ libros censuales antiquos p̄bet. t̄er
 archi. in. c. ab eo. xi. di. flozi. in. l. census. ff. de
 probat̄.

In vlt. col. in fi. vide glo. in vbo ex p̄missis i
 .c. accedēs. el. ij. ut lit̄ nō cōt̄. Et quādo due
 uel plures semiplene pbatiōes eiusdē uel dīū
 si generis cōiūgāt ad plene pbādū. plē exaiat
 dō. Anto. in. c. veniēs. el. p̄mo. circa si. i. titulo
 p̄ximo. Et q̄d ibi late nōui. 7 Bar. i. l. i. s. idē
 cornelio. ff. de q̄onib⁹.

Causam Ibi idem inspe
 ctio instroruz
 publicatis attestatiōib⁹ admittitur
 pbatio p̄ inspectionē instrorū uel confinium
 Et facit optime q̄d nō. Bal. in. l. si q̄s testib⁹

C. de testi. in fi.

Paulopost v̄si. glo. vlt. colligit. adde hic gl.
 fi. circa si. in. c. cū ad monasteriū. de sta. mo. 7
 glo. fi. in. c. i. de voto. Et ad intellectū h⁹ glo.
 uide dō. Abb. post glo. in. c. rex pacificus i. iij.
 col. in probemio grego. Itē dicit Augusti. in
 li. de virginitate vt refert bt̄s Tho. 2^a 2^e. q.
 xxviii. q. vi. articlo. vi. q̄ neq̄ ipsa v̄ginitas
 quia v̄ginitas. s; q̄ deo dedicata ē. honora^t
 Itē vide quatuor pulchras. q. de castitate q̄s
 pōit beatus Thomas in 2^a 2^e. q. vi. in oibus
 articulis illius quēstiois. Item vide q̄n̄q̄ pul
 cherrimas. q. de v̄ginitate quas ponit beat⁹
 Tho. in secūda secūde. q. clj. in oibus articul
 illius. q. Itē adde q̄ status religiosoz p̄fer^t
 v̄ginitati. ut dicit beatus Thomas in secun
 da secūde. q. clxxvi. articulo. viij. circa si. Et
 ita dicit tenere Aug. in libro. de v̄ginitate p̄
 quo facit tex. in. c. ex pte. el. ij. in fi. de cōū. diu
 ga. Item que sit cōpetēs diffinitio v̄ginitat̄
 ponit sanctus Thomas in. iij. sniarū. di. xxx
 iij. articulo p̄ 7 in ea di. ij. q. articulo. iij. pōit
 v̄trū v̄ginitas sit maior alijs v̄tutibus. Itē
 vide q̄tuor quēstioes de cōtinētia quas pōit
 beatus Tho. in secūda secūde. q. clxv. in oib⁹
 articuli s illius q̄onis.

Paulopost ibi item martyres i. Adde h̄ tex
 7 ibi archi. in. c. 7 si ad tēp⁹. xi. q. iij. Itē adde
 sanctū Thomā in. iij. sniarū. di. viij. q. i. arti
 culo. ij. circa mediū. ubi dicit q̄ laureola non
 cuiuslibet dat̄ sed illis tm̄ qui sūt i statu p̄fēti
 onis. Item vide infinitas. q. s laureola quas
 ponit beatus Thomas in. iij. sniaz. di. xlviij
 q. v. articlo. i. ij. iij. 7. v. vbi ponit v̄trū lau
 reola a fructu sit aliquid aliud p̄mīū ab eēnti
 ali. 7 v̄trū laureola differat a fructu 7 v̄truz
 fructus debeat soli v̄tuti cōtinētie. 7 v̄trum
 cōueniēt assignāt̄ tres fructus trib⁹ cōtinētie
 ptibus. 7 v̄trū rōne v̄ginitatis debeat laureo
 la. 7 v̄trū martyribus. 7 v̄trū christo. 7 v̄trū
 angelis. 7 v̄trū etiā corpōri. 7 v̄trū cōueniēt
 assignēt̄ tres laureole. 7 v̄trū vn⁹ laureolas
 v̄ginitatis de mā excellentiori habeat. has
 oēs q̄ones vide pulchre exaiatas p̄ sanctum
 Thomā in loco. s. allegato.

Causam bone In v̄si.
 s; si v̄
 q̄ ps licet pres nō possint exp̄sse re
 nūciare q̄ corā iudice ordinario ul delegato
 p̄cedat sine substācialib⁹ iudicij. ut nō. gl. in
 .c. si. de re iudi. li. vi. 7 habet̄ in. c. de causis. s
 offi. dele. 7 vide Alex. de Imo. i. l. si cōuenit
 circa p̄n. ff. de re iudi. tamē si dubitet̄ an iste
 solēnitates interuenerit i iudicio stat̄ cōfessi
 onis p̄tū q̄ fuerūt facte. Casus est singularis
 in hoc. c. cū bone. 7 vide q̄d ita firmat̄ hic Jo
 an. 7 dō. Anto. 7 ad idē vide dō. Abb. in recol
 lect̄. in. c. cum causam. el. p̄mo. circa p̄ncipiū.

de testi. Sed contra hoc facit qd qm quis non pot renūciare solēnitati alicui nō stat ei^o confessioni q solēnitatis illa intercesserit. vt nōt Jo an. i. c. qm cōtra. sup glo. si. s. e. ti. 7 pbat in. l. q testm. ff. de pbat. 7 i. l. cū quis decedēs. §. ticia. de le. iij. 7 ideo dicit Jo. an. i. addi. spe. in rubrica. de rebus ecclē. nō alie. q nō statur cōfessionī prelati q subsit legitima causa alie nandi bona ecclēsie cuz huic solēnitati renūciare posset patus Cum ego sup hac difficili cōtrarietate cōferrem cuz domino meo dño Francisco de aretio ipse dicebat q ideo i cau huius decre. bene stat cōfessionī partiū quia erat presūptio q lit. cōtestatio 7 aliā ad iudiciales intercessissent etiā circūspecta cōfessionē partiū. cogita bene vide tamē ad predicta q scribit do. Anto. in dīcto. c. cū causam. el pmo in anpe. col. de testi.

Paulo post vsi. 7 p hoc dicit cōcludi. Instantia nō pnt de iure canonico p lapsū triennij. 7 vide late i. c. pe. de iudi. p oēs doc.

De testibus Rīca.

In pncipio Rīca de inuētiōe modi pbat di p testes 7 eius causa. vide p btm Thomā in secūda secūde. q. lxx. articulo. ij.

In eo. vsi. quare in plurib^o rē. Quare autem appelletur testis 7 vnde dicat. 7 quid sit ei^o officium ponit archi. in. c. testes cir pn. iij. q. ix. in. e. i. in pn. ibi testis adduci rē. quid de interesse. vide oīo Bal. hic q ponit an interesse solui debeat testi.

In eo. in pma col. ibi dicit Jo. iudeos 7 paganos. iudeus nō admittit ad testificandū etiā in exceptis criminib^o. Sed ego de hoc dīcto valde dubito. q tex. vñ in cōtrariū in. c. si hereticis. ij. q. vij. 7 in. c. in fidei fauorē. de here. li. vi. nec obstat q illa iura loquāf. de heret. hic de iudeo. q maior phibitio est i heretico q i iudeo. ut dicit glo. in. c. paganus. ij. q. vij.

Item cōtra istud facit. c. mediatores. de testi. li. vi. vbi. symoniacus admittit cōtra symoniacū. Et vide qd nō. Imo. in cle. i. sup glo. in verbo iuri. de testib^o. Sed de hoc vide late p spe. in ti. §. teste. §. i. in. xxij. col. vsi. Item q est iudeus.

In ea. in si ibi in testimonio hoc exigi. Et ad de q etiā dato q de iuris necessitate istis tēporibus testis deberet esse immunis tamē huic solēnitati derogatū ē p cōnriā cōsuetudines vt dicit glo. in. c. decreuit. xxij. q. v. rē.

In nomine do mini. In pncipio vide qd nō. dñi s rota. xci. cxxv. fm ordinē meū nouissimū. 7 in eo ordine. xci. clxxij. Et adde h q in casu huius decre. sufficit vnica citatio sine pēpto

rio fm do. Anto post Jo. an. in. c. cōsuluit i. v col. de offi. dele. Sed Bal. in. l. si quādo. in. ij. col. ij. C. de testi. tener cōtrariū. q imo exigit pemptoria q in testibus cōsistit tota vis iudicij. 7 q nō requirat pemptoria. tēt do. Ant in. c. pastoralis. in. vij. col. ij. de excepti. Et vtz sit necesse q q citat ad videndū iurare testes citef psonaliter an sufficiat citari ad tomum vide plene p do. Anto. in. c. si. de eo qui mit. i poss. in anpe. col. Et plene p Jo. an. in regula iuris psumit li. vi. in mercu. Et p do. Ant. i. c. significauit. in pe. col. vsi. vlti. glo. §. eo. titulo.

Et p Bar. in auē. si quis ab aliquo in vltima col. C. de testi. Et adde q quādo exaiandus ē testis cui certū est nihil posse opponi nō est necessaria pntia pris. istud dicit do. an. i. c. venies el pmo. in. iij. col. §. eo. Et quando datus est terminus ad pbādū vtz si pvelit pducē pbariones infra tminū alia ps sit citada. vi de p Bal. in. l. si. in si. i. col. C. q admit. vbi dicit q si pbariōes pducūt in sine tmini assignati nō est necesse citari pte secus si pducerentur als. §. terminū. ubi dicit Bar. in. l. ij. ate mediū C. de tēporib^o appel. 7 vide qd de hoc multū late scripsi post do. Abb. in cle. quis. de appl. Sed idem Bal. videt aliter distinguere i sili qōne in auē. ei qui. circa pn. C. de temporib^o appel. an sit assignatus tmin^o ab homine. 7 nō regrat citatio. vt in. c. sepe. de appel. aut a iure 7 tūc requirit. vide tamē eundē Bal. in d. l. si quādo. C. de testib^o. an aut quādo vna ps sit citanda dic q aut quis pducit ad effectum notificatiōis 7 nō est citanda. ita dicit Bal. in. d. l. si quādo. in si. p tex. in. c. carte. iij. q. ix. Et adde hic Bal. in auē. hodie. circa pn. C. s iura. calū. ibi dicit q licet sit citanda ps in exaiat. testis tamē si prius testis deposuit 7 modo velit declarare vidū suū nō erit iterato ps citanda. Sed an sit nulla exaiatio testium facta pte nō citata tu dic q sic fm Bar in auē. qui semel. in. v. col. vsi qro qd si publicatio. C. de pba. Et idē dicit do. Ant. §. e. c. fraternitatis in. xxvi. col. vsi. idem dicit. Et adde q si notarius scripsit. 7 talis testis iuratus deposuit nō tamē ex hoc psumit partem fuisse citatā ad videndū iurare testes. hoc dicit do. Anto. in. c. fraternitatis. in vlti. car. §. eo. et vide qd ibi notauit 7 de illo articulo quādo est assignatus alicui tmin^o ad pbādū an qñ vult pducere pbariōes debeat facē citari ad uersariū. vide p Bar. in. l. qui ante kalendas de verbo. ob. 7 in extranagati ad reprimen. i v^o de plano circa mediū cōiuncto eo qd scribit Bar. circa si. illius vsi. Et q ad videndū iurare testes sufficiat vnica citatio sine pemptorio tenet do. Anto. in. c. quoniā frequēter. §. in alijs. in. iij. col. vt lit. nō or. Et adde h q testis exaiatus pte nō citata facit indicij

fm Bar. i. l. hereditarias. ff. de crimi. expilati. heredi. Adde hic casu in quo testes recipiant pte no citata videlz in cau. c. ptea. el. ij. de spo. sa. fm vna lec. quaz refert ibi do. Abb. 7 de h. an sit necessaria citatio ptis qm statuta ptefi git terminu ad pducendu. vide Bal. in. l. i. in fi. de libe. dimisso. 7 Bal. in. l. i. si ea. i. fi. C. q ac culari no po. 7 in. l. i. si. ff. de ferijs. Et textu huius decre. in noie dñi limita valde mirabi liter. ut p Bar. 7 Pau. de castro. post Guil. de cuni. in. l. ad egregias. ff. de iur. iur. qm ei dñs non sit veru. q est contra casu aptu i. l. ij. si. sin aut ul dignitas. C. de iura. calu. Itē adde q in tantu necessaria est citatio ad vidēduz recipi testes q si papa simplici deleget rece ptione testiū vñ data ptas citandi pres ad vi tendā receptionē testiūz. tex. est in. c. constitut. 7 ibi nō. do. an. in pma col. 7 de appel. Item q sufficiat vnica citatio sine pemptorio ad vi tendum iurare testes firmat Bar. in. l. si fini ta. § iul. circa prin. i. repetitōe. ff. de dāno iſe dō. 7 in. l. cōsentaneū. C. quō 7 quādo iudex dicit eni Guil. de cu. 7 Bar. i. d. l. ad egregias q quādo mittit ad mulierē p testimonio nō debet ps citari vt veniat ad vidēdu iurare mulierē. secus dicet si mitteret ad aliā pso nam priuilegiatā. q tūc debet citari ps ut va dat cū tabellioe ad domū priuilegiate pſone vt videat ipsam iurare p tex. in auē. ut litiga iurēt. § si vero. Sed vide qd scripsi p Do. in. c. ij. § i. de iudic. li. vi. vbi hoc pfectissime declarau. Itē vide Domi. in. c. mult. i. q. nō xliij. di. vbi p illū tex. dicit q multitudini te stiū nō credit sine ptis citatiōe.

In eo. vñ. quero an valeat receptio vtrum sufficiat citare dñm ad vidēdu iurare testes quādo pcur. fuit effectus dñs lit. et. d. qua vide p Bal. in. l. si quādo i penult. col. vñ. vñ. quero. C. de testib. 7 in. l. i. C. de scētēijs. Itē ad hoc vide Domi. in. c. i. § i. in pn. de pcura li. vi. S; de isto articulo vide copiose 7 sbti lissime p dñm meū hic.

In. ij. col. ibi Bar. in. l. furioso oia que in hoc articulo dicit do. Anto. sūt quasi vba Bar. i. d. l. furioso quē vide p te.

